



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 35. Bellum in Belgio & ad Rhenum continuatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.

A. C. 1676.

§. XXXV.

*Bellum in Belgio & ad Rhenum
continuatum.**Theatr. Eu-
rop. t. II.**Godfrid hist.**Chron. l. 9.**tom. 3.*

Hic annus non tam præliis ac victo-
riis, quam promiscuis ditionum
vastationibus atque incendiis insignis
erat; Galli enim in Bipontinum Duce-
tum irrumpentes, Palatinatum immer-
sis pecuniarum exactionibus exhaufe-
runt, ac Bruchsalium Spirensis Epi-
scopi urbem, necnon Tabernas Mon-
tanæ post numeratam ingentem auxi-
vim, qua Cives incendii calamitatem
redemerant, funditus exussere, plu-
ribusque aliis urbibus primo direptis,
ac postea incensis, Leodiensem arcem
solo æquarunt: alii ex Philippopolitano
propugnaculo identidem erumpentes,
totam late regionem continenti incen-
dio fœde devastarunt, atque inter alios
Monclassius Alsatix Gubernator & Bro-
sius Tribunus cum duorum millium
agmine faces ubique circumferebant.
His obviam processit Schulzius Cæsa-
ris Tribunus, qui iterata clade protrit-
potissimam prædæ partem eripuit, at-
que ambos hosce peritissimos incendio-
rum Magistros captos in Neostadiensem
custodiam abduxit. Sub idem tempus
Wertmüllerus interim cum Cæsare
mili-

milite Philippopolin cinxit, donec Her-
 manus Badensis Dux Gallis multiplici
 strage fufis, ac trucidato Hamiltone
 eorum Ductore, Lucenburgicum Du-
 cem, qui obsessæ urbi suppetias ferre
 festinabat, repulisset: tum vero Caro-
 lus V. Lotharingiæ Dux Cæsareis co-
 piis adjunctus, post trimestrem obsidio-
 nem die octava Septembris munitissi-
 mam hanc urbem deditione cepit: Ma-
 gis secundo Marte Galli pugnabant in
 Belgio, ubi festinata armorum felici-
 tate Condatum, Buchainium & Ariam
 suæ potestatis fecere, atque in finibus
 Burgundiæ Mompelgradium ad dedi-
 tionem compulerunt: Obtendebat qui-
 dem Franciæ Rex, se hujus ditionis
 Protectorem esse, atque illam eo dun-
 taxat nomine occupasse, ne in Cæsa-
 reorum manus deveniret, ejus tamen
 milites præsentē adhuc Wirtenbergico
 Duce, cui Urbsparebat, contra datam
 fidem omnia cubacula perscrutati, ur-
 bem diripuerunt, civesque variis mo-
 lestiis excruciantes, in eorum conspectu
 uxores & filias pudenda inhumanitate
 vitiarunt: Interim etiam foederati Prin-
 cipes, Brandenburgicus, Monasterien-
 sis, & Brunsvicensis Sueco Carolo-
 burgum & Stadam eripiunt, atque in-
 ter eos Brandenburgus Anclamum &
 Demminum aliasque Pomeraniæ urbes
 occu-

Sæc. XVII. occupat, Suecosque a Wolgasti ob-
A. C. 1676. dione repellit, Monasteriensis vero Fri-
 siam Orientalem depopulatur.

§. XXXVI.

*Incaſſum pax a ſummo Pontifice &
 Cæſare agitata.*

*Wagner vit.
 Leopold. l. 6.
 Hode Hiſt.
 Louis XIV.
 lib. 37.*

Dum tota ferme Europa rapinis, cæ-
 dibus, hoſtilibusque incendiis col-
 luxerat, Imperator Ratiſbonæ pacem
 maturare ſatagebat, ac Principum Le-
 gatis deliberandum propoſuit, an no-
 timendum eſſet, ne Franciæ Rex Im-
 perii Deputatos a Neomagiensi Con-
 ventu excluderet. Sub idem tempus
 die decima ſeptima Junii Bevilacqua
 Apoſtolicus Papæ Nuntius, & die
 quarta Julii Angliæ Regis Orator Ra-
 tiſbona Viennam advenerant, pacis
 negotium procuraturi. Hi ergo præ-
 primis a Cæſare petebant, ut ſuos quo-
 que Legatos Neomagum decerneret,
 & Guilielmum Principem Fürſtenber-
 gium cujuſdam exteri Principis cuſto-
 diæ traderet: Ad hæc repoſuit Impe-
 rator, ſe pro ineunda pace ſuos Ora-
 tores ablegaturum, Fürſtenbergium au-
 tem ultro promiſiſſe, ſe uſque ad belli
 finem in cuſtodia manſurum: Urgebat
 Papæ Nuntius, ut Cæſar tanquam Se-
 dis Apoſtolicæ Protector habita Eccle-
 ſiaſti-